Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

nostris oblata seruitiis. et tua propitius dona sanctifica. Per. Compl.
Per huius domine operationem mysterii. et uitia nostra purgantur.
et iusta desideria compleantur. Per. Exaudi nos Super populum
misericors deus. et mentibus nostris gratie tue lumen ostende. Per.
Populum tuum quesumus domine propitius respice. atque ab eo Sabbato. f. g.
flagella tue iracundie clementer auerte. Per. Alia oratio
Deus qui nos in tantis periculis constitutos pro humana f. g.
scis fragilitate non posse subsistere. da nobis salutem mentis
et corporis. ut ea que pro peccatis nostris patimur. te adiu
uante uincamus. Per. Protector noster aspice Alia coll.
deus. ut qui malorum nostrorum pondere premimur. percepta misericordia libe f. g.
ra tibi mente famulemur. Per. Adesto domine supplicationibus
nostris. ut esse te largiente mereamur. et inter prospera humiles.
et inter aduersa securi. Per. Quesumus omnipotens deus uota Alia
humilium respice. atque ad defensionem nostram dexteram tu
e maiestatis extende. Per. Deus qui tribus pueris coll.
mitigasti flammas ignium concede propitius. ut nos famu
los tuos non exurat flamma uitiorum. Per dominum. Secreta.
Presentibus sacrificiis domine ieiunia nostra sanctifica. ut quod ob
seruantia nostra profitetur extrinsecus. interius operetur effectus. Per.
Sanctificationibus tuis omnipotens deus et uitia nostra Compl.
curentur. et remedia nobis eterna proueniant. Per dominum.
Deus qui conspicis omni nos uirtute destitui Ante c. ii.
interius exteriusque custodi. ut et ab omnibus aduersita

hic non dicitur super populum qua antiquitus non solum ea pro ... sed et genua flectebant quando super populum dicebant. Sed hec in missa [illegible] antiquitus fiebat ut ad ... [illegible] prius [illegible].